


OS IOANNES ALANTSEE MARTINVS WACZŁAWOwicz, Joannes Kaczieski, Melchior Rezler, Adamus Nagott, Sebastianus Przibytek, Albertus Gortaczki, Christopherus Schober, Christopherus Schilling, Iudicy ordinary ciuitatis Cracouien Scabini iurati. Significamus tenore praesentium vniuersis et singulis quorum interest. Quia coram nobis in iudicio exposito bannito, quod feria sexta post festum Epiphaniarum Domini proxima, anno Domini, Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto celebratum extitit; cui Nobilis ac Honoratus Dominus Paulus Pernus iudicy nostri Aduocatus iuratus praesidebat, comparens personaliter Honoratus Dominus Jacobus Schneyder Senior Scabinus Cracouiensis plenipotens infrascriptarum filiarum et fily olim Nobilis Andreae Fogelweder iuris supremi Scabini vtpote Nobilium Margarethae Gnosi Joannis Wierusz Kowalski de Zitnik consortis iuxta acta Scabinalia Cracouien feria tercia ante festum SS. Simones et Judae Apostolorum anno 1590: Catherinae Gnosi Martini Trepka consortis iuxta eadem acta sabbato pridie festi S. Martini anno eodem; et Stanislai Fogelweder coram actis Consularibus Warszauiensib⁹ feria secunda ante festum Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum anno Domini 1594 ad id praestandum sufficienter constitutus: vigore eiusdem plenipotentiae dictorum principalium suorum tres sortes et partes domus lapideae in circulo Cracouien inter Mag. Domini Alberti Padniewski Castellani Oswiecimen et haeredum Spectabilis olim Bartholomaei Schembeck Consulis Cracouien domos lapideas vtrinq. sitae ad ipsos ex paterna successione iure diuino naturalisq. ac legitimae successionis titulo deuolutas et spectantes, cum omnibus ysdem iuribus, modis, limitibus metis et granicziebus attinentysq. et pertinentys vniuersis quemadmodum easdem sortes et partes principales sui antedicti habuerunt, tenuerunt et posederunt Nobili ac Honorato Domino Valeriano Gutteter Scabino penes se residenti plenipotenti R.ndi Dni Stanislai Fogelweder Archidiaconi Warszauien Canonici Cracouien Sac. Regiae M.tis Secretary ac in personam ipsius resignationem hanc suscipienti cum plena obtinendi et dimittendi potestate liberas neminiq. obligatas resignauit. Cauens solenniter pro omni impetititione secundum ius ciuitatis. Atq. recognouit vigore concessae sibi plenipotentiae, praenominatis principalibus suis pro eiusmodi sortibus et partibus domus lapideae antedictae iureq. ipsorum vniuerso ad easdem habito satisfactum esse in toto et ad plenum, iuxta contractus donationum actis suprarecensitis sub datis praenominatis annotatos et contentus.

Honoratus Dominus Jacobus Schneyder Senior Scabinus Cracouien plenipotens R.ndi Domini Stanislai Fogelweder Archidiaconi Varssauien Canonici Cracouien Sacrae Regiae M.tis Secretary iuxta acta Scabinalia Cracouien sabbato in crastino festi S. Martini anno Domini 1594 ad id praestandum sufficienter constitutus vigore eiusdem plenipotentiae dicti principalis sui tres sortes et partes domus lapideae in circulo Cracouien inter Mag. Domini Albert. Padniewski Castellani Oswiecimen et haeredum Spectabilis olim Bartholomaei Schembeck Consulis Cracouien domos lapideas vtrinq. sitae per Nobiles Margaretham Gnosi Joannis Wierusz Kowalski de Zitnik Catherinam Gnosi Martini Trepka consortes, et Stanislaum Fogelweder filias et filium olim Nobilis Andreae Fogelweder dicto principali suo iure haereditario abscessas et donatas, cum omnibus ysdem iuribus, modis limitibus metis et granicziebus, attinentysq. et pertinentys vniuersis, quemadmodum easdem sortes et partes domus istius principalis suus antedictus habuit tenuit et possedit Nobili ac Honorato Domino Joanni Rapp iuris supremi Scabino, cum plena obtinendi et dimittendi potestate iure perpetuo haereditarioq. possidendas liberas neminiq. obligatas resignauit. Cauens solenniter pro omni impetitione secundum ius ciuitatis. Atq. recognouit vigore sibi concessae plenipotentiae praenominato principali suo pro eiusmodi sortibus et partibus domus lapideae antedictae iureq. ipsius vniuerso ad easdem habito satisfactum esse in toto et ad plenum, iuxta donationis contractum actis suprarecensitis sub data praefata annotatum et contentum.

Honoratus Dominus Jacobus Schneyder Senior Scabinus Cracouiensis plenipotens Nobilium Andreae et Justi Fogelwedrow atq. Annae Spectabilis ac Nobilis Domini Casparis Gutteter Consulis Cracouien consortis filiorum et filiae olim Nobilis Andreae Fogelweder iuris supremi Scabini coram actis Scabinalibus Cracouien sabbato in crastino festi S. Martini Pontificis anno Domini 1594 ad id praestandum sufficienter constitutus vigore eiusdem plenipotentiae tres sortes et partes domus lapideae in circulo Cracouien inter Mag. Dni Alberti Padniewski Castellani Oswiecimen et haeredum Spectabilis olim Bartholomaei Schembeck Consulis Crac. domos lapideas vtrinq. sitae ad eosdem principales suos iure diuino naturalisq. ac legitimae successionis titulo, post obitum praenominati olim Andreae Fogelweder parentis ipsorum deuolutas et pertinentes, cum omnibus iuribus modis, limitibus, metis et granicziebus attinentysq. et pertinentys vniuersis, quemadmodum easdem sortes et partes domus istius principales sui antedicti habuerunt tenuerunt et posederant Nobili ac Honorato Domino Joanni Rapp iuris supremi Scabino, cum plena obtinendi et dimittendi potestate iure perpetuo haereditarioq. possiden. liberas neminiq. obligatas resignauit. Cauens solenniter pro omni impetitione secundum ius ciuitatis. Atq. recognouit vigore sibi concessae plenipotentiae, praenominatis principalibus suis pro eiusmodi sortibus et partibus domus lapideae antedictae iureq. ipsorum vniuerso ad easdem habito satisfactum esse in toto et ad plenum, iuxta donationis contractum, actis suprarecensi



NOS IOANNES ALANTSEE MARTINVS WACZŁAWOwicz, Joannes Kaczicki, Melchior Rezler, Adamus Hagott, Sebastianus Przibytek, Albertus Gortaczki, Christopherus Schober, Christopherus Schilling, Judicy ordinary criminalis Cracovien. Scabini iurati. Significamus tenore praesentium universis et singulis quorum interest. Quia coram nobis in iudicio exposito bannito, quod feria sexta post festum Epiphaniarum Domini proxima, anno Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto celebratum extitit, cui Nobilis ac Honoratus Dominus Paulus Pernus iudicy nostri Advocatus iuratus praesidebat, comparens personaliter Honoratus Dominus Jacobus Sibeneycher Senior Scabinus Cracoviensis plenipotens infrascriptarum filiarum et fily olim Nobilis Andreae Fogelweder iuris supremi Scabini utpote Nobilium Margarethae Gnosi Joannis Wieruss Kowalski de Fitnik consortis iuxta acta Scabinalia Cracovien. feria tercia ante festum SS. Simonis et Judae Apostolorum anno 1590: Catherinae Gnosi Martini Trepka consortis iuxta eadem acta sabbato pridie festi S. Martini anno eodem; et Stanislai Fogelweder coram actis Consularibus Warszaviensibus feria secunda ante festum Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum anno Domini 1594 ad id praestandum sufficienter constitutus: vigore eiusdem plenipotentiae dictorum principalium suorum tres sortes et partes domus lapideae in circulo Cracovien. inter Mag. Domini Alberti Padniewski Castellani Osviecimen. et haeredum Spectabilis olim Bartholomaei Schembeck Consulis Cracovien. domos lapideas utrinque sitae ad ipsos ex paterna successione iure divino naturalique ac legitimae successionis titulo devolutas et spectantes, cum omnibus iisdem iuribus, modis, limitibus metis et granitiebus attinentiisque et pertinentiis universis quemadmodum easdem sortes et partes principales sui antedicti habuerant, tenuerant et possederant Nobili ac Honorato Domino Valeriano Gutteter Scabino penes se residenti plenipotenti R[ever]endi D[omi]ni Stanislai Fogelweder Archidiaconi Varssavien. Canonici Cracovien. Sac. Regiae M[aies]t[a]tis Secretary ad personam ipsius resignationem hanc suscipienti cum plena obtinendi et dimittendi potestate liberas neminique obligatas resignavit. Cavens solenniter pro omni impetitione secundum ius civitatis. Atque recognovit vigore concessae sibi plenipotentiae, praenominatis principalibus suis pro eiusmodi sortibus et partibus domus lapideae antedictae iureque ipsorum universo ad easdem habito satisfactum esse in toto et ad plenum, iuxta contractus donationum actis suprarecensitis sub datis praenominatis annotatos et contentos.

Honoratus Dominus Jacobus Sibeneycher Senior Scabinus Cracovien. plenipotens R[ever]endi Domini Stanislai Fogelweder Archidiaconi Varssavien. Canonici Cracovien. Sacrae Regiae M[aies]t[a]tis Secretary iuxta acta Scabinalia Cracovien. sabbato in crastino festi S. Martini anno Domini 1594 ad id praestandum sufficienter constitutus vigore eiusdem plenipotentiae dicti principalis sui tres sortes et partes domus lapideae in circulo Cracovien. inter Mag. Domini Alberti Padniewski Castellani Osviecimen. et haeredum Spectabilis olim Bartholomaei Schembeck Consulis Cracovien. domos lapideas utrinque sitae per Nobiles Margaretham Gnosi Joannis Wieruss Kowalski de Fitnik Catherinam Gnosi Martini Trepka consortes, et Stanislaum Fogelweder filias et filium olim Nobilis Andreae Fogelweder dicto principali suo iure haereditario abcessas et donatas, cum omnibus iisdem iuribus modis limitibus metis et granitiebus, attinentiisque et pertinentiis universis, quemadmodum easdem sortes et partes domus istius principalis suus antedictus habuit tenuit et possedit Nobili ac Honorato Domino Joanni Rapp iuris supremi Scabino, cum plena obtinendi et dimittendi potestate iure perpetuo haereditarioque possidendas liberas neminique obligatas resignavit. Cavens solenniter pro omni impetitione secundum ius civitatis. Atque recognovit vigore sibi concessae plenipotentiae praenominato principali suo pro eiusmodi sortibus et partibus domus lapideae antedictae iureque ipsius universo ad easdem habito satisfactum esse in toto et ad plenum, iuxta donationis contractum actis suprarecensitis sub data praetacta annotatum et contentum.

Honoratus Dominus Jacobus Sibeneycher Senior Scabinus Cracoviensis plenipotens Nobilium Andreae et Justi Fogelwedrow atque Annae Spectabilis ac Nobilis Domini Casparis Gutteter Consulis Cracovien. consortis filiorum et filiae olim Nobilis Andreae Fogelweder iuris supremi Scabini coram actis Scabinalibus Cracovien. sabbato in crastino festi S. Martini Pontificis anno Domini 1594 ad id praestandum sufficienter constitutus, vigore eiusdem plenipotentiae tres sortes et partes domus lapideae in circulo Cracovien. inter Mag. D[omi]ni Alberti Padniewski Castellani Osviecimen. et haeredum Spectabilis olim Bartholomaei Schembeck Consulis Crac. domos lapideas utrinque sitae ad eosdem principales suos iure divino naturalique ac legitimae successionis titulo, post obitum praenominati olim Andreae Fogelweder parentis ipsorum devolutas et pertinentes, cum omnibus iuribus modis limitibus, metis et granitiebus attinentiisque et pertinentiis universis, quemadmodum easdem sortes et partes domus istius principales sui antedicti habuerunt tenuerunt et possederant Nobili ac Honorato Domino Joanni Rapp iuris supremi Scabino, cum plena obtinendi et dimittendi potestate iure perpetuo haereditarioque possiden. liberas neminique obligatas resignavit. Cavens solenniter pro omni impetitione secundum ius civitatis. Atque recognovit vigore sibi concessae plenipotentiae praenominatis principalibus suis pro eiusmodi sortibus et partibus domus lapideae antedictae iureque ipsorum universo ad easdem habito satisfactum esse in toto et ad plenum, iuxta donationis contractum, actis suprarecensitis sub data praetacta annotatum et contentum.

Ex Actis Scabinalibus
Cracoviensibus

